



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Eucharistia,
Eivsqve Adoratione, Libri Qvinqve**

Espence, Claude d'

Parisiis, 1573

Cap. XIII. Armenica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397

trinque passæ sunt Ecclesiæ, non tantum quos Hugones
vocant, sed & qui Papones ab his vicissim vocâtur, utri-
que non iam milites legitimi, sed latrones verissimi.

Armenica, & Messalianica. Cap. IIII.

Armeni circiter aut etiam ante Iconoma-
chos, schisma fecerunt. Sed qui hæresim
hanc sacramentariam eis impegerit, præ-
ter Guidonem Carmelitam tāto pōst, ha-
beo neminem. Facit autem is eorum erro-
rem xxii. cum primis illis Capernaitis apostatis com-
munem, Christum, Christique in hoc sacramento cor-
pus non esse panem viuum, sed figuram meram, merum
atque sine vita panem, adeoque contra Paulum hīc non *Ioan. 6.*
dijudicare corpus Dominicum, ut etiam contra suū ipso-
rum canonem, similitudinem tantum eius corporis agno-
scant in Eucharistia, non etiam veritatē. Ut nec verè qui-
dem dicere possint quod in missa sua legūt, scilicet quod
per verba fiat eis aut efficiatur verū Christi corpus & ve-
rus sanguis, secundum quod exponunt, ut sic vera vtriusq;
similitudo, & tantum quidem similitudo, non verò etiā
veritas. Sic igitur sua legebāt, ut non intelligerēt, & Do-
mini corpus & sanguinem hīc in signo tantum & figura
sive similitudine, non etiam verè ac realiter sub panis &
vini speciebus erederent, & sic, ut hos reprehendēs Da-
masenus dicit, vera sacramenta perderent. Hæc ille. Ex
postremis apud quem Damasceni verbis, nescio an ho-
dierni Cinglianos & Caluinianos sacramētiperdas, Ger-
manico vocabulo *Sacramētū* contumeliosè vocēt, *Sacramēti-*
ut est in Antidoto Valerandi Pollani aduersus Ioachimi *perde.*
Vvestphali consilium, ann. 1557. Verūm nec Ioānes Da-
masenus, nec Sententiarum Magister, cuius hos Guido,
Armenos, hæresis facit reos, sed neq; Ricardi Armaceni
ad Armenorum quæstiones summa, tot capitibus super
hoc sacramento, quibus de forma verborū sacramenta- *Lib. 8. cap.*
lium, & aliquot aliis controversiis aduersus eos disputat, 1. *vñue ad*
ne Thomas quidē Aquinas, peculiari alioquin opere cō- 12.
tra eos nominatim inscripto. Proinde quādo Catholica *Olaus. 6.*

DE EUCCHARISTIA

veritas nostris non indiget mendaciis, ut est alicubi apud
B. Bernardum: multò autem minus calumniis, hīc missos
sibi facimus Armenios, plus alioqui satis grauatos, aut e-
tiam aliás errantes: Si modò qui hunc errorē alium ne-

Lib. 6. ad- minem eis tribuisse reperit Alphonsus de Castro, eodem
versus ha- teste certò cōperit eos cum Messalianis sensisse hunc sa-
refes de Eu- cratissimum cibum, nec prodesse quicquam, nec lādere,
charistia er- aut certè soli corporis saluti proficere. Et hūc enim Gui-
rore 4. Et 8. do impingit eis errorem **xxiiii.** Sacramentum hoc quā-
Messaliani. uis dignè suscepit, valere tantùm contra infirmitates
corporales, fulgura, & tempestates, non verò etiam ope-
rari in suscipiente, remissionem peccatorum, non gratiam,
neque gratiæ augmentum.

Messalianica.

Cap. XV.

Epiphani.
contra ha-
resim 80.

August.
de heresi b.

cap. 57.

Theodorit.

Tripart. li.

7. cap. II.

Damase.

in catalogo.

Nicephor.

lib. II. cap.

14.

Ioan. 6.

Tom. 3. Cō-

ciliurum.

Euchari-

stie effec⁹.



Irum verò errorem hūc in Messalianis nec
Epiphanium nec Augustinum animaduer-
tisse, ne hunc quidem illos nominasse, cūm
historia Ecclesiastica huius sectæ principes
sub Valentiniano & Valente Impp. scribat
ab Ecclesiastica cōmunione palam sese non separauisse,
dicentes, diuinū illum cibum de quo Dominus ait, Qui
li. 4. ca. II. manducat carnem meā, & bibit sanguinem meū, viuit in
æternum, nec prodesse cuiquā, nec obesse. Verūm morbus
hunc animo celantes, redargutos impudenter negauisse.
Deprehensos autem & cōuictos venenum suum vicinis
aspergere, ab Episcopis Catholicis vt lupos ab oculibus
segregatos, monasteriis eorum, in quæ labes hæc præser-
tim serpserat, incēsis, quasi latronum, vt erant, speluncis.
Quorum tamen cōtagio sic aliunde abacta, vt hæresēn
more, aliò atq; aliò progressa sit. Vt ad Armenos redeā,
sive Eucharistiæ iij substantiam, quod ait Guido, sive effi-
caciā tantūm cum Messalianis oppugnarint, multūm
abfuerunt vt adorarent. Eos ergo superiore seculo ad fi-
nem Synodi Florentinæ, sic docebat Eugenius IIII, hu-
ius sacramenti effectus, quem in anima dignè sumentis
operator, est hominis ad Christum adunatio. Et quoniam
per gratiam homo Christo incorporatus, ciūsque mem-